



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXII. Die Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

P. ANGELVS
SIBILLA.

Italus Cal-
tagimæ. 21.
Sept. 1611.
ætat. 72.
Soc. 59.

Angelus Siciliae est habitus modestiâ, virginitate perpetuâ, mirabili orandi usu singularis. Per 18. annos docuit; aliis præfuit, & quidem per annos 30. Nouitiis; exemplo, peritiâ, lætitiâ, sui afflictatione spectatus. Nunquam vllam se affligendi, aut vincendi artem docuit vllum, quam ipse non exercuerit. Agno Dei seu cerâ benedictâ extinxit incendium; & suam quoque mortem probè adhuc valens ex vero prædixit. Plura de illo in vita.

Mortific.

Exemplum.

P. IOANNES
AMADEVS.

Gallus Ro-
mæ. 21. Sep.
1620. ætat.
43. Sgc. 26.

Atentissimi quique in illum oculi nihil in illo quod reprehende-

rent, inuenere; aded sine felle, cautus in verbis, exquisitus in accuracione domesticæ disciplinæ vixit semper. Christi dolores meditabatur tenerè atque ardentè. inde illi heroica quædam patientiâ inter dolores. Virgini cuidam piissimæ, se ipsum sed nomine tacito, commendârat. Illi pro Ioanne oranti Christus apparuisse dicitur quinque funiculis (quinque vulnerum indicibus) Ioannem trahens in cælum, & dicens: *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.* In morbo cum phrenesim timeret, iterum pro illo, id petente, orans illa virgo vocem accepit, quæ dicebat: *In pace in id ipsum dormiet & requiescet.* ita factum non sine magna post se relicta opinione virtutis ordinariâ maioris.

Patient.

Morbua.

Funiculi.

Mors.

Christi vulnera.

XXII. DIE SEPTEMBRIS.

P. PETRVS
RIBADENEIRA.

22. Septemb.
Hispanus
Madriti.
1611. ætat.
87. Soc. 71.
alias ponit
1. Octob.

Hunc tunc adhuc puerum ob indolem præclaram Societati necdum confirmatæ adiunxit S. P. Ignatius, quem postea in Beatorum numerum ritè relatum videns Petrus, mortuus est incredibili plenus lætitiâ; & cum à moriente Prouincialis, ac Socij benedictionem postularent, nec ipse loqui posset; digitum in B. Ignatij imaginem intendit, significans, illam ab illo esse petendam. In Societate missiones obiit, Collegia, & Prouincias gubernauit, Assistentis muneris functus est. præclarè de S. P. Ignatij

S. P. Ignat.

vitâ, de instituto scripsit; & Latinè & potissimum Hispanicè, scribendi arte præclarus. Habitabat in alto Collegij ne crebrè à secularibus viseretur, cum esset amantissimus distributi à se temporis atque silentij. Statim atque de lectulo surgebat, osculabatur terram, idemque faciebat à sacro vel aliunde ad conclaue reuersus. Plura de illo in vita ad annum 1611.

Silentium.

Mand.

IOANNES
BRIENNE. COAD.

Dvo in hoc sunt præcipua. Alterum quod haroum sine vitam terminâcit in obsequio luc tactorum:
Z Z alterum,

Belga Atre-
bati. 22.
Sept. 1627.
ætat. 54.
Soc. 10.

Vocatio.

alterum, quòd ad Societatem impe-
trandam ad SSS. Trinitatem enixè
confugerit, desiderio tanto vt voti re-
ligione sponderit, se si desiderij sui
compos fieret, in editum SSS. Trini-
tatis montem Tornaco Neruorum
imminentem reptabundis genibus e-
uasurum. Et verò annuit eius optatis
SSS. Trinitas. Quocirca vt primùm
se ad Societatem admissum certior est
factus; confestim proiectus in genua
sursum ad montem SSS. Trinitatis re-
pens, gratias reddidit sanctissimæ
Trinitati.

SSS. Trinit.

COSMVS

MEACENSIS. COAD.

Meacensis
Ximi. in-
certo men-
se ao die an-
1595. xrat.
47. Soc. 25.

Patre suo, & patruo Bonzio ob
fidem Christianam susceptam
variâ fraude, blanditiis, minis, carce-
re vnus anni vexatus, euasit tandem,
& ex hereditate proscripius, eâ lu-
bens, etiam dato chirographo cessit,
Patrem ac hereditatem cum S. Fran-
cisco dicens se habere in celo Societa-
ti adiunctus, magno desiderio atque
ardore pro conuertendis alijs labora-
uit; & quâ concionibus, quâ respon-
sis datis, plures conuertit. Per annos 4.
pro Patre, Matre, ac suis, vt saperent,
flagranter Deum precatus, tandem il-
los omnes, ingenti suo gaudio, Christi
lauacro lotos vidit. Gratia Regina
Tangi sæpè illum de fide Christiana
confuluit, ac tandem veritati manus
dedit.

Fides.

IOANNES

YAMA. COAD.

Inter continuata vita, mortisque
Ipericula Euangelio præstantem suâ
eloquentiâ operam per regna Iaponiæ
quaquauersum excurrere nauauit, et-
iam ab exilio reuersus Macao. In car-
cere scripture nobili Iaponibus suis
offusas tenebras ostendit: & ibidem
permultis profuit ad salutem per an-
nos plures tentus, atque ab optimati-
bus etiam visitatus, qui explicatam ab
illo fidei veritatem perspexere. Iapo-
nico tandem suspendio è pedibus in-
scrobem pendens vixit extremum.

Iapon. Len-
di. 12 Sept.
1637. xrat.
67. Soc. 47.

Fides.

P. MICHAEL

PINEDA.

Solidarum virtutum exemplis cla-
rus fuit Michaël, multis in patria
exhaustis pro fide laboribus postea
extorris Manilæ in Philippinis. Inde
reuersum cum exploratores omnibus
exquisite solertiæ artibus ad necem
quærent, ab eo apud quem diuerte-
rat, meru perculso, non quidem pro-
ditus est, sed clam nocte intempesta,
cælo tunc maximè imbribus sæuiente,
dimissus è domo. Ab eius noctis in-
commodis morbum contraxit; quo
intra triduum confectus est, cum ad
cruentam mortem toto desiderio aspi-
raret.

Iapon. NE-
gafachi. 22.
Sept. 1637.
xrat. 66.
Soc. 59.

Fides.

XXIII. DIE